

filii de tugurio paupertatis prosiliens^e velud coluber^f de caverna, de thesauro^g invento¹ erectus in altum. More grandinis nedum in minores, sed etiam^h irrui in maiores², ore cinicoⁱ lacerans cuiuslibet probitatem. Qui, ut credo, more canis editus, ad cuius generationem multa conveniunt, suis alludens^k principiis latrabilitatem retinet pro loquela³, vel cum talem natura formabat, sompno-lenta erat et pigra. Que multum superfluitatis plectro lingue subduxit fecitque simulacrum procurante munimine planetarum, quarum¹ coniunctio in cauda scorpionis extiterat^m, cum tam vilis materia formabatur. Recurrat itaque ad matris fistulam tam vilis partus et quasi per speculum⁴ inquiret ibidem veritatem, que fuerit sibi origo. Qua cognita consideret ignominiam vultus sui et tacere discat, qui latrare non desinit sicut canis. Pro pudor! Germanensis patria dudum viris decorata prudentibus facta est sicut meretrix menstruataⁿ, et que portabat dyadema^o decoris, cifram^p gestat dedecoris, signum^q videlicet dampnatorum^r.⁵ Hic est anser strepens inter olores^s, alter tyrus^t inter prophetas^u et raniculus^v in palude^w⁶, urtica inter herbas, papaver inter flores, sambucus inter arbores et vespertilio inter aves. Hic est, de quo dici potest^x: circulus aureus in naribus^y suis mulier^z formosa et fatua.⁷ Qui^a propter mantellum circulare^b credit se non cecidisse magistro Peonio^c⁸, in quo quilibet sciencia sua stipendia^d prodidit. Nam licet Iustiniani surripuisset^e panniculos^f tamen in lege Cornelia

29. e) progrediens *P* f) columba *R* g) tessauro *R* h) fehlt *R*
 i) traico *P* k) adstudens *R* l) quorum *R* m) excitatur *P*
 n) menstruosa *P* o) diad. *P* p) cifra *P, R* q) sanguine *P*
 r) dapn. *P* s) oleres *P* t) thirus *R*; vgl. *Du Cange*: tyrus *od.* tyrus
 = immanis belluae species, quidam serpens. u) prophas *R*. v) emunculus *st.* et *ran. P*
 w) pallude *P*, plaude *R* x) potimi *P* y) *So wohl nach Vulg. st.* auribus *R*, manibus *P* z) mult(um) *R* a) Q(ue) *R*
 b) *So wohl st.* circularum *P*, circulat̄ *R* c) Paonio *P* d) stip. sua *R*
 e) subripuisses *P* f) paniculos *P*

¹) Vgl. HORAZ Sat. II, 6, 11. ²) Das könnte sich auf die Gefangen-nahme des päpstlichen Stellvertreters Philipp beziehen. ³) Vielleicht bezieht sich das auch mit auf seine deutsche Sprache. ⁴) Vgl. Jac. 1, 23: *hic comparabitur viro consideranti vultum nativitatis suae in speculo.*
⁵) Wohl eine Anspielung auf Apoc. 13, 17. 18. ⁶) Man erwartet eigentlich einen Gegensatz, wie in den umgebenden Vergleichen.
⁷) Vgl. Prov. 11, 22: *Circulus aureus in naribus suis mulier pulchra et fatua.* ⁸) Ob der Vorwurf bedeuten soll, S. habe sich Heilkunst an-gemaßt?